

F^o 78^r N^o 600. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die XIII Augusti.

Capta. Quod zucharum natum et factum et quod nascetur et fiet in insula nostra Crete possit conduci Venecias cum nauigijs disarmatis que habebat scilicet ordinem recedendi de Creta per muduas marcij conscriptus, soluendo quinque pro
5 centenario dummodo etiam conducatur cum litteris nostrorum Rectorum deinde continentibus quod huiusmodi zucharum natum sit et factum in insula supra-
7 dicta. Et si consilium etc.

50

F^o 78^r N^o 601. Ὁ ἐκλεγείς Σύμβουλος Κρήτης Ἰάδης Βάρβαρος δὲν δύναται νὰ παραλάβῃ μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς ἵππους, τοὺς ὁποίους ὑποχρεοῦται νὰ διατηρῇ ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ του, ἔνεκεν ἀνεπαρκείας τοῦ πλοίου, ὥς ἐκ τούτου ἐπιτρέπεται εἰς αὐτὸν νὰ μὴ παραλάβῃ μὲν τοὺς ἵππους του, νὰ ἔχῃ ὅμως αὐτοὺς ἐν Βενετίᾳ διὰ νὰ ἀποσταλῶσιν εἰς αὐτὸν ἐν καιρῷ. 1334, Αὐγούστου 14.

51

Περὶ ἀπελευθέρωσης τοῦ δουλοπαροίκου Μιχαὴλ Πλωρέου ἐκ Χανίων. 1334. Αὐγούστου 13.

F^o 78^{to} N^o 607. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die XIII Augusti.

Cum Michael Ploreo habitator Canee, noster uillanus communis exposuerit, quod tempore rebellionis insule Crete quatuor sue domus, quas habebat in burgo castri Kissami fuerunt prostrate de mandato nostrorum rectorum pro securitate
5 dicti castri, et quod aliter in facto dicte rebellionis se fideliter gessit et quod sibi fuit promissum per nostros rectores, quod francharetur per eos ob ipsius fidelitatem cumque dicat quod pacificata insula superuenit sibi quedam generis infirmitas, ob quam non potuit comparere ad obtinendam franchitatem in tempore assignato per ipsos rectores nostros, in quo ipsi dabant uillanis communis qui
10 hoc meruerant libertatem et supplicauerit quod de nostra solita benignitate et gratia cum suis heredibus francharetur; uadit pars quod attenta condicione dicti nuncij, de quo per ser Peratium Gradonico ambaxatorem feudatorum Canee, laudabile testimonium prehibetur, committatur duche et consiliarijs Crete, et rectori Canee, quod in facto dicti Michaelis tam in franchando quam in non franchando
15 possint facere, secundum merita dicti Michaelis sicuti maiori parti eorum uidebitur.

52

Περὶ ἐξοπλισμοῦ δέκα κατέργων πρὸς ἐνίσχυσιν τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων καὶ φρούρησιν τῆς Ἀδριατικῆς, τούτων θὰ προΐσταται γενικὸς καπετᾶνος. Λεπτομέρειαι τῆς διοικήσεως, χωρητικότητος καὶ κατευθύνσεως αὐτῶν. 1334, Νοεμβρίου 18.

F^o 90^{to} N^o 706. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die 18 Nouembris.

Capta. Consulunt sapientes ser Balduynus Delfino, ser Nicolaus Mauroceno,



ser Bertucius Gradonico, ser Marcus Uicturi et ser Marcus Dandulo, et in nomine Jesu Christi et glesie matris eius, et beati Marci apostoli et euangeliste patroni et gubernatoris nostri tam pro unione ordinata contra turchos quam pro custodia culfi et Romanie armantur galee decem pro hac mudua. 5

Et quod fiat ex nunc capitaneus generalis dicte armate cum salario, familia conductionibus et libertate quibus factus fuit hoc anno ser Petrus Geno. Set nichilominus circa recessum predictarum galearum ueniatur ad consilium rogatorum ad prouidendum et ordinandum de galeis Culfi sicut uidebitur dicto consilio. 10
Et fiant quatuor supracomiti cum salario familia et condicionibus quibus et sicut fuerunt hoc anno. Expresso tamen quod quilibet patronus pro sua galea possit accipere illum comitem et nauclerios quos uoluerit, reliquos uero accipiant capitaneum. Item quod capitaneus Culfi obligatur ad tardius ad kallendas januarij uel ante si uidebitur. 15

Item quod de dictis decem galeis sex sint pro unione, quarum quatuor sint de mensuris illius galee quam habuit ser Petrus Geno pro se et relique quatuor pro Culfo, que galee Culfi non possint transire caput Malei, saluo si uideretur capitaneo Culfi possit ne ultra caput Malei, pro securitate nostrorum nauigiorum sicut sibi uidebitur. Et saluo si uidebitur dominationi ducali aliud ordinare de dictis galeis culfi cum consilio Rogatorum inde faciat sicut dicto consilio uidebitur. 20

In processu enim temporis secundum noua que habebuntur et de dictis galeis unionis et Culfi et occasione earum et de scribendo et de mittendo in Cretam et Nigropontem et alio et aliter poterit prouideri et fieri sicut uidebitur oportere et conuenire pro honore et bono negociorum. 25

3 de non—3 non sincere.

53

F^o 90 N^o 708. Ὁ Βλάσιος Ζένος πρόφην δούξ Κρήτης, ἐξελέγη τὴν 3 παρελθόντος Ἰουλίου καπετᾶνος τῆς ἐνώσεως, ζητεῖ τοὺς μισθοὺς του καὶ ἄλλας δάπανας, τὰς ὁποίας κατέβαλε. 1334, Νοεμβρίου 18.

54

Ἐντολὴ εἰς τοὺς παρὰ τῷ Πάπᾳ πρεσβευτάς, ὅπως ζητήσωσιν ἐνίσχυσιν τοῦ στόλου τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. 1335, Ἰανουαρίου 18.

F^o 97¹⁰ N^o 759. Millesimo trecentesimo XXXIV. Indicionis III, die XVIII mensis Januarij. 1

Capta. Quod committatur nostris ambaxatoribus de curia de facto Turchorum illa pulcra uerba que uidebuntur Domino, consiliarijs et capitaneo ad informandum et inducendum dominum Papam pro auxilio mittendo contra Turchos specialiter secundum ordinationem datam in scriptis nostro ambaxatori per ecclesiam Romanam tempore sui predecessoris. Et si dominus Papa diceret eis aliquid de eundo 5

